temporalis mutat. fragilitas non nullos inclinat. Quos ideo ignorantia boni facit nescire quod peccant: & impedit mali dulcedo. ne correpti aliquo modo sapiant quod ignorant. Taceo de illis quos aliena delicta quibus consentiunt decolorant. Illos etiam preter mitto qui cupientes adipisci quod diligunt. vel refugientes quod metuunt pati. aut fidem katholicam perdunt. aut mendatio prestantiam ueritatis adduunt. Illud dico. Quis nesciat aliter homines cogitatione subita. aliter diffinitione delinquere. aliter sermone. aliter opere postremo aliter necessitate. Cum igitur tam multiplicibus ac multum adinuicem distantibus modis homines peccent. quis non intelligat uno modo eis non posse utique mederi quorum tam diuersi sunt morbi. Et ideo dupliciter quidem fragilitas humana dei precepta contempnit aut faciendo quod uetuit. aut non faciendo quod iussit. Sed quoniam non solum ex illis causis quas commemoraui. sed etiam ex illis quas non commemoraui in preceptis suis deum contempnunt qui eius precepta non faciunt. sic debent omnes modo docendo modo exortando modo sustinendo modo increpando curari. ut sub opere xpi nullius salus in hac uita debeat desperari. Iam nunc si satis apparuit quod diuina precepta calcantes non solum portandi sint. sed etiam castigandi. a quibus id fiat. qui uel quo ordine & quamdiu curandi sint qui curat. adiuuantibus me orationibus uestris debeo declarare.

De laude sanctorum sacerdotum.

At ne fidem meus sermo uelut humana coniectura non habeat. ut dum ei parum creditur. perdat ea que adiuuante domino demonstrare constitui uera esse. diuinis testimoniis conabor ostendere. si prius pauca de laude uirorum sacerdotum. qui sunt ecclesiarum magistri protulero. Ipsis enim proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est. qui pondus populi sibi commissi uiriliter sustinentes pro peccatis omnium uelut pro suis infatigabiliter supplicant deo. Ac uelut quidam aaron incensum contriti cordis & humiliati spiritus offerentes. quo placatus deus auertit iram future animaduersionis a populo. qui per dei gratiam fiunt diuine uoluntatis iudices. ecclesiarum xpi post apostolos fundatores. fidelis populi duces. ueritatis assertores. praue doctrine hostes. omnibus bonis amabiles. & male sibi conscius etiam ipso uisu terribiles. uindices oppressorum. patres in fide katholica regeneratorum. predicatores ylares celestium premiorum. exemplar bonorum operum. documenta uirtutum. forma & fons & uita fidelium. Ipsi sunt decus ecclesie. in quibus amplius fulget ecclesia. ipsi collupne

XV Cent Italy
"Prosper - De Vita Activa ac Contemplativa"

firmissime: qbus in christo fundatis innititur omis credentium multitu
do. Ipi ianue ciuitatis eterne: p quos omes qui credunt ingrediunt ad
christum. Ipi ianitores quibus claues date sunt regni celoꝝ. Ipi etiam
dispensatores regie domus: quoꝝ arbitrio in aula regis eterni diuidu
gradus et offitia singuloꝝ. Hii sunt q non ambiendo s; spualr uiuen
do sacerdotium meruerit: qq; no fauoris humani suffragio set diuino
munere sublimati nihil sibi de prestantia sui principatus applaudent.
quos non inflat honor acceptus s; exercitat labor impositus: q no excel
lentiam suam cogitant prouecti s; sarcinam. nec gliant de offitii dignitate.
s; sudant potius constituti sub onere. Tales scriptura diuina speculatores
appellat q speculant actus hoium. Et qualr unusqsq; cum suis in domo
qualr in ciuitate cum ciuibus uiuat: intentione religionis explorant. &
quos bonos probauerunt honorando confirmant. quos dephederint
uitiosos arguentes emendant. aut si emendari noluerint & equani
miter portant habituri uberimum fructum aut de sua districtione si
correpti profecerint. aut de sua patientia etiam si illi quos sustinent
emendari noluerint.

Set iam diuina testimonia sicut promisimus proferamus. In actibus
aploꝝ paulus apls sacerdotibus dicit. Ecce ego scio q amplius no ui
debitis faciem meam uos omes intra quos ambulaui predicans regnum
yesu christi. Ideoq; contestor uos hodierna die quia mundus sum ab omi
sanguine. Non enim subterfugi quominus anuntiarem uobis ome consili
um dei. Attendite uobis & uniuerso gregi uestro inquo uos spus sanctus
posuit epos regere eccam dei. quam acqsiuit sibi sanguine suo. Regnum inqt
dei inter uos ambulans predicaui. ut me alienum ab omi pditione ser
uarem: ut q uerbo doctrine salutaris audito ad salutem pueniretis. Regnum
dei predicat. q de uita futura que non ht finem: de contemplatioe diuina
que non ht fastidiosam sacietatem: de sanctoꝝ beatitudine que no ht de
fectionem: de angloꝝ beatitudine consequenda predicare non cessat: ita
ut si ad hec ineffabilia bona que audiut prouocari noluerint. absolutus
sit ille q eis predicanda non tacuit. Quid aut fuerit secutus adiunge
non ei subterfugi quominus annuntiarem uobis oe consilium dei. Quid
aliud facit intelligi: nisi ut ecclasticus doctor dispositioem dei quam